

William of Ware
Teaching Philosophy and Theology in the 13th Century
between Thomas Aquinas and Duns Scotus.

Guglielmo di Ware
Insegnare filosofia e teologia nel XIII secolo
tra Tommaso d'Aquino e Duns Scoto.

Pontificia Università della Santa Croce (PUSC) – Pontificia Università Antonianum (PUA)
Rome, April, 29th-30th 2021 / Roma 29-30 Aprile 2021

Immacolata Concezione e incarnazione secondo Guglielmo di Ware

Francesco Fiorentino

Liceo Classico ‘Quinto Orazio Flacco’, Bari

(1)

GUILLEMUS VARRO, <i>In Sent. III</i> , q. 11, ed. B. HECHICH, in <i>L'INSEGNAMENTO DI GUGLIELMO DI Ware SULL'IMMACOLATA CONCEZIONE</i> , in <i>La "Scuola Francescana" e l'Immacolata Concezione. Atti del Congresso Mariologico Francescano S. Maria degli Angeli - Assisi 4-8 dicembre 2003</i> , ed. S. M. CECCHIN, Pontificia Academia Mariana Internationalis, Città del Vaticano 2005, p. 775, § 25	GUILLEMUS VARRO, <i>In Sent. III</i> , q. 11, ed. PATRES COLLEGII S. BONAVENTURAE, <i>Editiones Collegii S. Bonaventurae</i> , Quaracchi 1904, p. 4
Ad istam quaestionem respondeo.	Alia est opinio, quod non contraxit originale. Quam volo tenere, quia, si debeam deficere, cum non sim certus de altera parte, magis volo deficere per superabundantiam, dando Mariae aliquam praerogativam, quam per defectum, diminuendo vel subtrahendo ab ea aliquam praerogativam, quam habuit; sicut in quaestione, qua queritur de potentia Filii sui.

(2) GUILLEMUS VARRO, *In Sent. III*, q. 25, ed. E. LONGPRÉ, *De beatae Virginis maternitate et relatione ad Christum*, in «Antonianum» 7 (1932), pp. 289-313, in particolare pp. 300-301:

Alia est opinio quam volo tenere modo, scilicet quod, sicut in Christo sunt duae naturae quarum una comunicata est per generationem aeternam sicut divina et alia est accepta per generationem temporalem sicut humana, sic in Christo sunt duae filiationes consequentes duas generationes. Nam haec est mihi

regula generalis circa potentiam divinam et virginem Mariam quod magis volo deficere per superabundantiam, si debo deficere, sibi plus attribuendo quam deficere per defectum minus attribuendo, et quia, ponendo in Christo duas filiationes reales, plus nobilitatur virgo Maria et non sum certus de una nec de alia.

(3)

<p>GUILLELMUS VARRO, <i>In Sent. III</i>, q. 11, a. 4, ed. HECHICH cit., pp. 781-782, §§ 41-42</p>	<p>GUILLELMUS VARRO, <i>In Sent. III</i>, q. 11, a. 4, ed. PATRES COLLEGII S. BONAVENTURAE cit., p. 7</p>
<p>Prima potentia obedientialis fuit repleta in beata Virgine ante Filii sui conceptionem; et tantum dare de gratia potuit alteri homini vel mulieri. Secunda potentia obedientialis fuit in ea repleta cum fuit Mater Christi, in Filii sui conceptione, ita quod, in quantum Mater, habuit specialem gratiam, quae nullo modo posset esse in aliqua creatura nisi esset mater Dei. Et ideo ipsa tunc recepit quantum creatura potuit recipere, in quantum Mater Dei, ut sic beata Virgo excelleret omnem creaturam aliam in gratia secundum duos gradus potentiae obedientialis, quia in nulla creatura pura fuit repleta potentia obedientialis: Christus enim excellit Matrem per unum gradum, in quantum fuit in ipso potentia obedientialis repleta, praevia unione ad Verbum: sed tantum isto gradu plus excellit Christus beatam Virginem quam excellat beata Virgo alias creature: plus enim de gratia potuit recipere anima Christi, praesupposita unione ad Verbum, quam ante potuisset. Et si Deus dimitteret illam naturam, non maneret sub tanta gratia creata, immo esset hoc impossibile quod maneret.</p>	<p>Credo, quod in nulla natura sit impleta potentia obedientialis secunda ad gratiam, nisi in sola beata Virgine; nec esset possibile impleri, nisi creatura illa fueret Mater Dei; nec credo, quod aliqua pura creatura repleta sit tanta gratia, quantam posset habere de potentia obedientiali primo modo dicta, nisi beata Virgo. Unde beata Virgo impleta est gratia secundum utramque potentiam obedientiale; et ita excellit omnem puram creaturam in gratia secundum duplē gradum gratiae; et ideo gratia et Deus est in ipsa per quendam specialem illapsum.</p>

(4) GUILLEMUS VARRO, *In Sent. III*, q. 8, ed. J.-M. BISSEN, *Quaestio de motivo incarnationis*, in «*Etudes Franciscaines*» 46 (1934), pp. 219-222, in particolare p. 222:

Ideo dico quod si loquamur de incarnatione quantum ad eius substantiam absolute, dico quod fuisset incarnatus, si homo non peccasset. Si loquamur de incarnatione quantum ad circumstantias et finem certum, ut videlicet pateretur prò nomine, sic dico quod non fuisset incarnatus; et isto modo intelligunt Sancti qui dicunt quod non fuisset incarnatus, nisi homo peccasset.

(5) GUILLEMUS VARRO, *In Sent. III*, q. 8, ed. BISSEN cit., p. 222:

[...] dico quod medici non solum est curare morbum, sed etiam praeservare a morbo possibili ; et quia natura humana ante in statu primo habuit potentiam ad peccandum, ideo bene indiguit medico praeservante.